

Sigismundus primus rex Polonia, ex-  
 cutoribus testamenti Isabelle ducis Baren-  
 sis.

T. VII p. 102

18

Antequam nobis allata essent litera ve-  
 stre, iam mors illustrissima domine ducis  
 fuit nobis nuntiata, qua nos magno dolor-  
 re affecit, et mox expediimus oratores no-  
 stros, qui brevi ad vos venturi sunt ad  
 stabiliendum totum statum istum in fide  
 et ordine debito. Vobis vero gratias habemus,  
 et fidem vestram commendamus, quod in  
 persolvendis iustis et parentalibus ipsi De-  
 functe matri nostrae, simul ac in exequendis  
 hiis quae mandavit, tam fidelem ac diligen-  
 tem operam adhibueritis, quam vobis uberi-  
 nima gratia et benignitate nostra volumus  
 referre. Quod autem ad legata eiusdem il-  
 lustrissimae defunctae matris nostrae attinet,  
 volumus servitorum illius iustam et be-  
 nignam habere rationem, quam per ali-  
 um nuntium vobis declarabimus, in huius  
 enim celeri expeditione, et nostra circa rem  
 divinam, quam hi dies exposcunt, occupa-  
 tione, nequidemus de his rebus aliquid  
 disponere. 1524. in Martio

sadunt, permissum fuisse improbatum. Mis-  
 sione praeterea ad Leptho maximum Turcorum  
 cum Cadian p. m. illi sauridam appellunt  
 qui praesens induriam data et accepta

